

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0097

LOG Titel: XL. Acetosa pratensis florens

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

XL. *Acetosa pratensis florens.*

Super hac herbâ nigricans rubris albisque maculis asperfa lanuginosa deprehenditur eruca, cujus pili cum capite, sex anticis ungviculis, & octo pediculis è lucido fusci sunt, perfectam consecuta magnitudinem aliò cum flexurâ sese collocat, lucescit, & in aureliam è lucido fuscam immutatur, aliquæ tales trium mensium spatio, aliæ in subsequenti anni mensem Aprilem usque permanebant; ubi tandem exilis inde phalænula prodiit, cujus corpus alulæque inferiores flavæ, caput cum alulis superioribus, cornulis, ungviculisque fuscum aculeis nigris instructum erat, vespere volitat.

XLI. *Urticæ urentis folia.*

Tres hic erucæ generis quidem ejusdem, diversi tamen coloris exhibentur, superior viridi folio infidens in totum nigricans punctulis albis fulgentibus supra pilorum radicem, ac inferiùs ab utroque latere linea flavâ est exornata, in medium usque Septembrem per me enutrita fursùm deorsum propendens fuscam in aureliam immutabatur, elapso quatuordecim dierum spatio formâ alios atque specie, longo post se intervallo relinquens indè papilio prodiit, constans corpore, capite, cornulis, ungviculisque ferruginei coloris, latâ minii rubedinem referente lineâ, cæruleis albisque maculis signatus, alulæ inferiores haud vulgari pulchritudine sunt donatæ, diversis è variorum colorum invicem mixtorum genere ornamentulis illustratæ.

Sub hac ad dextram collocata eruca corpore è lucido flavo, capite fusco, ungviculis pediculisque roseo colore tinëtis constat, simili metamorphose fuscam in aureliam immutabatur, unde pariter elapso quatuordecim dierum curriculo superiùs allegato similis papilio productus fuit.

Tertia in rotundum flexa eruca priùs nigra colorem immutavit, fusca facta, & humi sternebatur in rotundum flexa, ex quâ brevi temporis spatio quamplurimi exiles acari prorepebant, qui in unum sese contextentes in doliola tandem immutabantur,